

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Ad alciati emblemata laudatio, vice praefationis ad emblematum  
explanationem [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

# ALCIATI EMBLEMATA LAUDATIO

*Vice præfationis ad Emblematum explanationem*

Habita Lutetiæ in regia Burgundionum schola, ix. Kal. Maias, 1576.



**ESI, AUDITORES** optimi, non est mea consuetudinis, quo tempore ad aliquem egregium scriptorem explicandum aggredior, initio mea professionis tam anxie rationem reddere, cur hunc potius quam illum sumam in manus; propterea quod studiosis omnibus meam industriam & consilium in officio meo persolucendo, reque litterarie inuanda probari iri confidam: tamen in hoc auctore certè nobili & acuto, sed recenti nimis forsasse, ut mihi obicitur, causa proponenda est, cur hunc enarrandum publicè, meisque commentarijs illustrandum instituerim, ne quid à me temerè & inconsulto factum esse videatur. Sunt enim nonnulli, non quidem mali et improbi, neque alieni à literarum meliorum usu & dignitate, qui dicant me non facere satis constanter, qui nescio quo animo intermissis antiquis auctoribus, et ijs, à quibus solida puraque doctrina petitur, mutato priore consilio, ad recentiore[m] istum diuertam: ac si prisca illi sapientes, & iam longa seculorum diuturnitate probati mihi non satis arriderent. Ego, Auditores, de me nihil possum excellens aut magnificum polliceri: sed ausim tamen dicere, me non ita esse plumbeum, ut pulcrum & utilem veterum hominum doctrinam tam parui faciam, qui nullis unquam laboribus & vigilijs peperci, ut ex eorum quasi pomarijs & fertilibus agris, studiorum aliquem fructum tandem aliquando demeterem. Quia tamè ab ineunte ætate cognitionem rerum & antiquitatis (necnon verborum flosculos, in quibus alij permulti ætatem exigunt) mihi primum comparandam esse auxi, operæ pretium me facturum putavi, si per varias melioris notæ scriptorum areas, libero et quieto animo exspatiarer: nulloque auctore in salutato, qui aliquid selectioris doctrinæ habere videretur, copiam quidam verberum rerum, quæ cognitione dignissime sunt, mihi comparerem, et è meliorum maximèque locupletum, primæque dignitatis hominum Græcorum et Latinorum fontibus meos hortos irrigarem. In quo negotio consiciendo nunquam in animum induxi, meum, ut veteres potius quam vetera cõsultarem, atque ita quorundam religioni me addicerem, ut nullo iudicio in cuiusdam magistri verba iurarem. E multis tamen quosdam delibandos, non omnino deuorandos esse iudicaui: et ex ijs ea sublegenda vidi, quæ ad studiorum liberio[re]m progressum facerent: non modò ut qui lacunas adiu[m] complent, quibus unum studium est, ut ea, quæ sunt hiulca obturent; sed ut locupletes lauti que; homines, qui cum habeant quod est satis, & quibus vita ipsa carere tam facile non potest, abundant etiam innumerabili, eaque rerum copia,

c quippe



quippe qui ex magno aceruo quidpiã sumere putent esse multò iucundius. Quod cum dicere apud vos instituo, scio certè quàm facilius sit ea de re initiũ præfãdi reperire, quã exiri: tamè ne videamur in immensũ tela iaculari, & de rebus, quæ ad institutũ hoc nostrũ studiũ non pertineant, loquũ & odiosum progmiũ texere, meã omnẽ orationẽ in duo capita cõferã: quorũ primo, de Alciato quæ dicẽda hoc tẽpore arbitror: altero verò de meo ipsius studio atq; cõsilio pauca sũ dicturus; quẽso diligẽter attẽdite.

**STATIM** ubi primũ ex pueris excessit *Andreas Alciatus*, atq; eas disciplinas cepit inbibere, quibus tenella etas ad humanitatem solet informari, ad ius civile animum applicauit, primũ quidem *Mediolani* (nã ibi natus est loco nobili, & celebri vrbe et copiosa, doctisq; hominibus affluẽti) naturę bonitate celeriter omnibus antecellere ingenij gloria visus est. Erat Italia his temporibus plena liberalium artium, in qua nempe studia omnia, quibus ingenij cultus capitur, mirificè tum colebatur. Itaq; cum *Alciati* iam fama in aperto esset, ad quacumq; se *Academiã* nobilem cõferre vellet, sic eius aduentus celebrabatur, vt samã ingenij expectatio hominis, expectationem ipsius aduentus admiratioq; superaret. Quapropter hunc magna laude & summa omnium oblectatione apud se doctore habuere *Bononienses*, *Ferrarienses*, *Ticini*, eumq; amplissimis præmijs donauerũt: & omnes quotquot in *Europa* de ingenijs aliquid iudicare poterant, cognitione atq; hospitio dignum existimarunt. Hac tanta nominis celebritate cum esset etiã exteris notus, patriã primũ sibi charissimam armis & factionibus oppressam ad tẽpus deserere cogitauit, & *Auenione* moras trahere maluit: quo loco proficẽdi muuus sibi demãdatum, stipendio sexcentorum ornatus, magna sua laude sustinuit. Deinde à *Biturigum* magistratibus accitus, ipso etiã Rege *Christianissimo* procurante, secundo quàm eo venerat anno, duplicatũ habuit honorarium, & mille ducentis est donatus. Fuit illis temporibus iucundus *Antonio* à *Prato* *Galliarũ* *Nomophylaci*, *Ioanni* *Selne* principi *Senatus* amplissimo, multisq; legationibus in primis illustri ac nobili: cultus tum à *Budæo*, tũ ab *Erasmio*, quorum alterum rarissimum *Franciae* lumen non iniuria possumus appellare; alterũ, litteratorum huius temporis in *Germania* primum: adamatũ à *Bẽbo*, *Cardinale* doctissime laude commendatissimo: cultus deniq; ab omnibus ijs, qui virtutẽ & literarũ gloriã adamabant: quos omnes, quãdiã vixit deuinctos sibi consuetudine tenuit. Sed confecto tã longo itinere, à suo tãdem Principe reuocatus (ferè sit enim, vt ipsa virtus in proprio & natali solo non nisi serò admodum cognita, ad extremũ excipiat, excepta reficiatur, refecta præmijs exornetur) à suo, inquam, Principe in patriam reuocatus, post ancipites variosque casus & labores nomine publico exantlatos, in ordinem Senatorum honorificè cooptatus est; quam accessionem, vt ipse affirmabat, ne quidem cogitans, honore omni maximo dignus, impetravit. Eam verò præstantis ingenij & eruditionis famam permultũ auxit libri editis, quibus & suã etatis hominibus & posteris consulere sibi proposuerat. Et quidem intelligebat eos, qui verè docti essent, nõ solã cum vini sunt ac præsentis, studiosos discẽdi erudire atq; docere, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequi. In quo suam fidẽ & studiũ tam mirificè probauit, vt nullus hodie sit eleganti et polita cognitione tinctus, quin huius ingenium suspiciat. Neq; profectò hac parte video, quàm sit equum opinio-



opinionem sequi vel M. Antonii Oratoris, aut C. Lucilii, tametsi doctus & urbanus à M. Tullio nominetur: Alter enim cur suas orationes edi noller, probabilem ratione reddere solitus, id à se ita fieri dicebat, ut si fortasse quædam minimè aliis place-  
 re, iustitiam possit: alter verò, que scriberet, neq; à doctis, neq; ab imperitis legi vel-  
 le: quod illi melius quàm se, hi autem nihil intelligerent. At qua frõre aliquis nostrum  
 artifici huic tã laborioso succensere ausit? quis candido animo scripta non exceperit,  
 que & doctis iucunda, & indoctis profutura sunt? Neq; enim existimãdum nobis est,  
 veriora illa & simpliciora censenda, quæ viua voce dicuntur, quæq; simulari, fingiq;  
 possunt, quàm quæ omnium subiecta oculis, quasi ad publicum quoddam examẽ pro-  
 ponuntur. Et hæc quidem, Auditores humanissimi, necessariò primùm dicenda vide-  
 bantur, ne quis forte putaret, me illotis, quod dicitur, manibus aggredi auctore vel-  
 lam lepidum, tamq; ter sum & egregiè doctũ, eũq; studiosis adolescentibus propo-  
 nere, nisi iustam aut certè probabilem cõsili mei rationem primũ redderem. Occur-  
 runt enim viri non imperiti quidem & ignari rerum, satisne cõstãter facere videar,  
 qui relictis, aut certè sepositis iis auctoribus, qui prisco et meliore seculo floruerunt,  
 unum è recentioribus assumam potius, & ad eum explanandũ aggrediar, cum alios  
 penè innumerabiles, eosq; maximè, quos posteritas communi consensu approbavit,  
 explicare hoc tempore, pro mea consuetudine et ex officio, debeam. Ego verò, Audi-  
 tores, non sum is, qui veteres, uti iam dixi, potius quàm vetera eaq; præclara unquã  
 probarim: ac si antiquam & recoctã doctrinam, temporum ratione citius, quàm di-  
 gnitate & usu æstimarem. Quis enim tam alienus est à recta ratione & iudicio, qui  
 hominum atatibus, non autem suo pretio aliquid æstimandum, magniq; ducendum  
 putet? Sed eò prolapsa est hominum inuidia & cæca opinio, ut noua penè omnia,  
 quamquam sapientum iudicio præstantissima, non modò fastidiant, sed etiam aperte  
 damnent: quod idem suo seculo non temerè videtur ille conquestus.

Esse quid hoc dicam [inquit] viuis quòd fama negatur,

Et sua quòd rarus secula lector amat?

Hi sunt inuidiæ nimirum, Regule, mores,

Præferat antiquos semper ut illa nouis.

Quæ quamquam nos interdũ moueant, retinenda tamen est cũ rectè sentientibus per-  
 pẽtua consensus, ut nunquam iniquis imperitorum quorũdam opinionibus nos abdu-  
 ci patiamur. Quis enim Ennium, vel Pacuuium Virgilio? quis Lucano Andronicum  
 Liniũ? quis M. Tullij orationibus omni dicendi lepore ac copia tinclis, forensas ac  
 horridas actiones M. Catonis senioris anteponat? Equidem scio quàm nõ facile se no-  
 uitas apud quosdam insinuet, ut honorificum aliquem locum obtineat: adeò  
 nos nostraq; liuidus odit.

----- & nisi quæ terris semota, suisq;

Temporibus defuncta videt, fastidit & odit;

non quòd rectius in ea re iudicium adhibeat, neq; quòd eo modo literarum dignitatẽ  
 augeri velit; sed quia nõ nisi ægrè patiatur se vltimo haberi loco, si res in certamẽ ve-  
 niat: & industriam excitare se nihilo plus posse speret. At id quàm ab æquo & bono,  
 quàm à recta ratione alienum?



Nam si tam Græcis nouitas inuisa fuisset,  
Quam nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet  
Quod legeret, tereretq; viritum publicus vsus?

Quam multi multa possint obijcere, vltro mihi in mētē venit: ex ijs enim morosi qui  
dū & tetrici castigatores, quæcumq; se vetustate cōmendant, ea penē sola & in pri-  
mis omni honore habenda putant: nouis auctoritatem omnem fidemq; detrahunt.  
In quo vt sibi mirē placent, ita Plantinam cautionem in pergulis, in conuiujs, in  
balneis, peneq; dixerim medio ipso foro personant:

Qui vtuntur (inquiunt illi) vino vetere, sapientes puto,  
Et qui libenter veteres spectant fabulas:  
Antiqua enim opera & verba cum vobis placent,  
Aequum placere est antiquas fabulas.  
Nam nunc nouæ quæ prodeunt comediæ,  
Multo sunt nequiores quam nummi noui.

Agnosco, inquam, ego Comici verba, tenco mentem, ni fallor: non tamē boni illi viri  
mihi vnquam persuaserint, id in omni scripti genus esse torquendū, quod de solis fa-  
bulis Poeta ille perspicue & apertē pronunciauit. Quibus nimium seueris iudicibus vt  
non minus grauem quam argutum opponam testem, Lyricorum principem Pindariū,  
quæso, audiant: Ἰνρι τάλαιος μὲν εἶναι, ἀνδρα δ' ὕμνων νεώτερον. Vinum vetus laudan-  
dum esse vult, at etiam recētorum flores hynniorum suam quoq; laudē mereri gra-  
uiter ac verē testatur. Ita quidem doctrinam veterem ac eruditā nullus nō laudat:  
quis tamen floridas, vt ita dicam, recentium quorundā hominū scriptiones, & quasi  
texellas nouasq; Musarum corollas labore ac studio cōcinnatas non aliquo putabit  
honore dignas, non etiā debita sua laude ornādas existimabit? Vltis itaq; vno ver-  
bo dicā quod sentio, Auditores, non possum facilius quam Plinii Iunioris arguta san-  
nē & opportuna sententia: Sum ex ijs, qui mirer antiquos, inquit ille; nō tamē ita vt  
ingenia nostrorum temporum despiciam: ueq; enim in gignendis optimis lassa est &  
quasi effecta natura. Sit ergo recens Alciatus, dum tamen antiquā eius doctrinā esse  
constet. Quid enim excellentem illam, & eruditorum omnium calculis probatā pru-  
dentiam Iuris, quid eloquentiam, qua alijs prestitit, in medium adducā? Sic enim iā  
olim non temerē didicimus hanc pulcherrimā Iuris dicendi facultatē reuera  
mediā esse, et multiplicem atq; vberem rerum optimarū peneq; innumerabiliū co-  
gnitionem, veram profectō & in actione positam, non vmbraatē quandā & in pul-  
uere latentem decertationem, sed in omnium oculis ac luce positam sapiētiam. Quid  
loquar de Alciati admirabili dicendi peritia, deq; literarijs monumētis ab eo editis,  
quæ omni non augeri verbis, nedum illustrari posse certō scio? Quāquam enim qui-  
dam ē veteribus eleganter & acutē dixerit, facillimum esse laudare Solem, cū ubi-  
que præsto & semper esse possint laudationum argumēta penē innumerabilia. Ita cū  
difficile non sit hominem commendare, in quo tot egregiæ animi dotes eluceant: mihi  
tamen verē dū est, ne quis obiciat illud olim à Phaurino nobili philosopho vsurpa-  
tum, Vix perari satius esse, quam remissē laudari. Adde, quod si mihi aliquando sta-  
tuendum esset, vt Alciatum quadam insigni meritaq; laudatione exornarē, putarē  
equidem



equidem non alio eloquendi genere mihi opus esse, quam eo, quo celebratè nominis Alciatus est consecutus: ut qui olim ad laudandum commoda Pindari, non alia quàm Pindari lyra sibi opus esse censebat. Quamobrem si certò teneam, nunquàm, aut rarò admodum, parem glorià esse in dicète vel scribente, atq; in eo, cuius laudes oratione celebrantur: tamè rei difficultate nullo modo deterritus, nò possum quin, pro ingenij mei tenuitate Alciatum commendem: quod ipsum tamè cū pro tātilla mea facultate vix consequor, ut certè cuperè, huius meæ vocis testes aduocabo potentissimas et nobilissimas in Europa gentes, à quibus raram & exactā Doctoris huius ornatissimi eruditionem probatam fuisse à patribus accepimus. Primum testis est Italia, honorū ingeniorū parens, quæ hunc Ferraria, Bononia, Ticini, summa omnium admiratione de suggestu fulminantem, ius ciuile magno applausu, pariq; auditorū concursu & frequentia docentem audiuit. Testis Gallia, quæ eum Biturigibus per quinquennium aluit regijs allecū stipendijs. Testis Germania, quæ præ ceteris semper industrios & sollertes homines habuit; quorum opera factum, ut literarum cultus et exercitatio, pridè extincta Gothorum incurisionibus, ceperit hac tandem mundi senectute renouiscere. Testes extere nationes omnes, in quibus tamè est, aliqua humanitas atq; institutio liberalis: quæ omnes vno ore, vnoq; cōsensu Alciatū excipiunt; ambabus, quod aiunt, vlnis amplexantur, adamant, exornāt. Et certè ea fuit egregij hominis suadela, ut etiā populos immanitate barbaros, multitudine innumerabiles, sic etiā exteros absentes demulserit, ut mirer hoc penè vno Italo iuris studium fuisse diuinitus excitatum. Quæ cum dico, nò est quod vestrum quispiam expectet à me, ut nobiles huius nostræ ætatis Iuris doctores inter se cōferam, neq; enim id meum est: & quamquam mihi permissum ac cōcessum esse videretur, tamen scio in primis id & permolestū & odiosum ijs, qui sese postponi alijs non tã facile ferunt, quiq; vel ingenio, quod ait ille, cedere nolūt: in quo si putarem eos ne verbo quidem mihi fore molestos, tamen ut verè & ingenuè fatear,

----- non meus audeat

Rem tentare pudor, quam vires ferre reculent.

Sed quid immoror in ijs, quæ omnibus eruditis hominibus probata esse cōfido? Enimvero, Auditores, non est mihi animus calculum adijcere meum ad eas disputationes, quas Magna sua laude scripsit Alciatus ad Ius illustrandū; de Emblematum libello nunc temporis habeo dicere; de eo in quâ libello, qui, ut videt omnes, per exiguus est, si molè scripti cōsideremus: at magrus certè & locuples & ornatus, si pretium, si dignitatem, si officinā rerum omnium selectissimarū, quæq; studio & cognitione omnino dignæ sunt, egregiè instructā: si, ut vno dicam verbo, bonorum mare aduertamus. Ausim equidè affirmare, nihil omnino esse quod philologi alioqui morosi in eo desiderent. Sunt enim non pauci, qui lōgiore verborum ambitus, qui prodigiosas, ut sic dicam, foliorum & paginarum amplitudines, qui prolixam in doctrina sarraginè non temerè fastidiunt. Quis enim tam patiēti animo eam librorum molem euoluerit? An tantum nobis relictum est temporis: an otij? an vitæ denique, quam tamen brevissimā esse data nemo non cōqueritur, ut ad alia etiam præclara, & in quibus plus utilitatis esse intelligimus, non primo quoque tempore properemus? Rectè Callimachus ille Grammaticus, & iure quidem dicebat, magnum librum, magnum esse malū: ut intel-



ligamus homines insigni reuera magnoq; damno multaxi, quibus libri tã multi atq; ampli euoluēdi proponuntur. At vt permulti sunt, qui prolixitate auerſentur, sic profectò aliq̄ quidã nominari hoc loco possent non illiterati, non inertes, neq; postremo in numero ponendi, qui similitudinem, satietatis matrem, vt cramben bis malè recoctã planè refugiant. Quid enim de ijs loquar, qui egrè admodum ferunt sibi quasi onus quoddam grauissimum impostum humeris, vt è multis multa cõquirãt, et nõ nisi labore indefesso molestoq; studia persequantur? Sunt etiã permulti auctores, qui manibus teruntur, in quibus singulis nõ nisi fortasse singulas virtutes reperire est: adeò nihil ab omni parte beatum, aut omnibus absolutũ perfectũq; numeris reperiri à nobis potest. Scio alios quosdã doctos et vtilis esse libros, è quibus res memoria dignas exprimitus: alios, qui verborum puritatem & elegãtiã doceãt: alios deniq; qui nõn nunquã vtili dulci permisceant. Nihil dico de ijs, qui nihil nisi spinas habent; aut ijs, qui propter obscurum dicendi genus, aut inſperſas opiniones erroneas piũ & cordatum lectorem sæpenumero à legendo reuocãt. Quis verò in hac Emblemãtũ officina, & quasi locuplete rerum optimarum penu breuitatem nõ laudet? quis varietatẽ rerum iucundissimã, et exactã pulcrãq; copiam non amplectetur? quis multiplicẽ vnus libelluli thesaurum exigua mole comprehensum non putabit excolẽdũ, & nõcturna diurnaq; manu versãdũ? Vt enim de prima illa virtute, qua breuis est, primo loco: certè Homerus ingeniorum vertex, quos egregios & sapiẽtes viros effingit, eodem etiã in dicendo parcus esse dicit: quantũq; mea mens diurna lectiõne repetere potest, & veterem historiam recordari, nõ egrè reperio, quãdiu manserũt incorrupti hominum mores sermonem fuisse parcissimum & breuissimũ. Quod ijs perspicere facillimum erit, qui priorum temporũ auctores cum ijs, qui posteri successerũt, vnã conferre volent: vt Orpheum, Linum, & alios cum Homero; cum Hesiodo; Socratẽ, Platonem cum Chrysippo; cum Galeno Hippocratẽ. Veterum enim sapientiũ suere sententiã perbreues, quasi decreta quedã & placita, vt illa celebrata omnibus Pythagore symbola, Socratis, & aliorum quorundã sapienter & argutè, doctè grauiterq; r. spõsa, quæ hodie circũferũtur, quibus quid eruditius? quid nervosius? quid admirabilius? Nihil dico de Solonis legibus Atheniensium, Lycurgi Spartanorum; nihil de duodecim Tabulis, quibus mira breuitate contractis tam diu Romani vsi sunt, vt nõ videam quid amplius posteris acceſſerit, cũm Philosophia primũ loquax esse cepit: vt ad rem Poetæ illud hoc loco exclamare lubeat,

---- laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Prætermiseram Epictetũ, in quem permulta cõfertur laus, quòd duobus verbis, *δὴ οὐκ ἔστιν ἄλλο*, vniuersam Philosophiam complexus est. Quod tamen ita nolim seuerè accipi, vt omnino exulare velim dicendi copiam, non vt leuè modò, sed etiã necessariam: at vt vestrum quisq; intelligat, Alciatum sua illa breuitate concinnũ & gratum omnibus non iniuria videri. Iam verò quis breuem illã et argutã priscã doctrinã syluam non plaris habendam ducat, quã immanes scriptorũ quorundã paginas, quæ mihi perinde videntur ac cibi nescio qui, ex quibus alimẽti minimum, reliquiarum multo plus, vt in cochleis & testudinũ genere, capitũ? Sed pergamus quæso ad varietatem illã, qua se commendat, qua in delicijs habetur, qua studiosos pascit animos,



mos, qua eruditam cogitationem suspensam tenet. Quod cum meditator vna mecum existimo eos ineptos esse minimeque diligentes, qui semper idem aut legunt, idemque semper canunt, neque varietate rerum, quam nobis natura ipsa commendauit, ingenium perpolitum. Quid enim morer Senecae acuti hominis, vita tamen instituto plane Stoici, monitum consiliumque grauissimum, quo non obscure variam lectionem, ut alienam a studiis in se factatur? Reuera hic magni nominis Philosophus non sine iudicio videtur sua ea de re sententiam dixisse, sed nos natura certissimum quoddam praescriptum sequimur, eius paremus: quo nomine nullus est, opinor, qui nobis molestus esse debeat. Nam quocumque oculorum acie flectamus, quamcumque in parte sese mens humana recipiat, multiplex & varium non tam numero eaque admirabilis est in omni genere varietas: tantum enim florum, herbarum magna eaque admirabilis est in omni genere varietas: tantum aiuersa animalium facies, ea colorum certe innumerabilium distinctio: imo vero terram ipsam videmus hac parte montibus eminentem, illa vallibus lacinosam, fontium quadam perennitate, fluminum, lacuum, vastoque Oceano irriguam, & certe a terra secretam, ut ipsa sui maximum omnibus ubique spectaculum prebere videatur. Cuius naturae tam sapientis & prouidae sollicitudinis, homines ingenio maxime, & arte feliciter amulati sunt, eius precipue rebus, quae litterarum monumentis continentur. Etenim rectissime putarunt ingenium humanum non esse ita sterile & infertile, & quasi caecellis circumclusum, ut sua vi non continere posset ea omnia, quae abundans & opulenta natura educere voluisset. Ne tamen vos morer pluribus, Auditores, si conferre libeat hunc tantillum libellum cum alijs longe plurimis: & si mature iudicium adhibere par sit quis non capietur admiratione, ubi obseruarit in eo vno innumerabiles opes contineri quae non nisi magna difficultate sumoque studio in permulti alijs commode obseruari possint? Ut enim id aliqua parte reuocet quasi ad calculos, in Alciato puram, tersam, et antiquam dictionem nullus, ut opinor, desiderabit: acumen logicum non abest a praecleara illa fabrica & inuentione rerum tam multarum: non iudicium & ordo, quo res tam variae colligerentur: non historia rerum permultarum: non philosophia morum & naturae, quae tota in omnibus Emblematis occupatur, ut quemadmodum in Homero plerique veterum dixerunt esse disciplinarum omnium officinam quandam locupletem; ita in Alciato vberissime concurrunt, quae hominis eruditi & ingeniosi laudatam aliquam ideam possint effingere. Quae certe omnia non ideo a me dicuntur, ut aliquis vestrum putet, me tam libera & aperta laudatione meos qualescunque in hunc auctorem labores reditare cupere: quod profecto quam alienum sit a meo sensu, facile quibus intelliget, si verecundum animum meum, si mea vita rationem, si minimum peneque nullum studiorum progressum viderit. Neque verò is sum, qui Alciati, viri certe maximi, dignitate raramque docterinam cum mea tenuitate conferre audeam. Ille enim vir πολυειδής καὶ πολυετής ἰο- cūdo libere, relaxandoque animū, Emblemata omni sale & lepore Attico tineta effudit: nos industrii studio, cogitatione, sensu denique omni nullum non lapidem mouemus, ut si pro dignitate non possumus ad umbilicum perducere quae cogitamus, saltē tamen admiratione quadam rapti, coniectanea nostra qualiacunque potius, quam seria doctrinae fructum aliquem proponamus. Ille, uti se res offerebat (quando maxime a Iuris professione honestam & liberam cessationem impetrabat) in medio suo otio negotium litera-



rium cōfectatus, rem quidem pulcherrimam, dignamque omni regio apparatus, eruditorum hominum oculis spectādam proposuit: ego verò, ut libelli huius gustum ali-  
 quē meo arbitratu perciperē, innumerabiles penē auctores Græcos et Latinos aliqua,  
 quod certē audeo dicere, diligentia et voluptate animi deuoravi, eamque continuam  
 operam in perquirendo fixi atque locavi, ut qui Sisyphus versat saxum, sudans nitē-  
 do, sed nescio tamen auhilum profecerim. Et hæc mea certē mens, ea cogitatio, id iu-  
 dicium, Auditores, ut cūm ea de re apud vos tā liberē verba faciā, possim adolescē-  
 tia lapsū deprecari. Fateor enim nescio quo ætatis feruore ante annos septem cōru-  
 lisse & sublegisse me in libelli quādam formam aliquas minutias, quas cūm amicis  
 aliquot meis ostendissem, mihi auctores fuerūt, ut de iis edendis tum primū cogita-  
 rem, & in publicam edi lucem paterer. Id certē, ne quid ego dissimulē, mihi tū valdē  
 placuit, ut qui meorum studiorum aliquod vel minimum specimē nō egrē ferrē stu-  
 diosis esse cōsecratum: ad eamq; rem citiūs quā licebat, neque tā maturē, ut oportē-  
 bat, ad Christophorum Plantinum, ciuem Antuerpiensem, regium typographum,  
 feripserunt amici meo nomine, ut quem admodū is ipse mihi coram pro sua facilitate  
 primum hic Lutetiæ pollicitus erat, deinde per litteras idem nō inuitus confirmarat,  
 libellus prelo committeretur: quod tamen, ubi exēplar ad eū misissem, penē omnino  
 αὐτὸ τυπῶν, & reuera κἀκὲ τυπῶν, diuturna & molesta negotiorum mole auocatus,  
 tam citō præstare nō potuit, ut ipse constituerat. Sed ea tandē edita scholia, immatū-  
 ra penē omnino, neq; digna satis quæ hoc tempore, tam eruditis hominibus abūdātī,  
 lucem ferrent: tamen excepta cum applausu à studiosis, mihi animos admonerunt, ut  
 quæ inculta parumq; versa esse scirem, sumpto quodā otio libero corrigerē. Meæ ita-  
 que partes sunt, ut cūm mihi tam gratos eruditorum hominum animos apertus sim,  
 qui pro eo labore, alioqui tenni, gratias mihi non semel habuerunt, de castiganda illa  
 editione cogitem: tum ut respondeā hominum de me bene meritorum, expectationi,  
 tum ut adolescentum studia quacūque tandem ratione iunare pergā. Quod nego-  
 tiū citiūs confecissem, et alacri studio maturassem, nisi professionis meæ continua cura  
 & laboriosa contentio, in qua cessatori esse non licet, me penē omnino à subsecuis  
 studijs abstraxisset: nisi, inquam, me toto iam sexennio exercuisset. Neque verò tam  
 facile est ei, qui nostræ huius professionis munus sustineat, animum ad res tam varias  
 & multiplices applicare: quem certē magnum et arduum laborem si qui tam facilē  
 esse putant, vehemēter admodū errant. Nullus enim planē animus est vel adeo rectē  
 à natura informatus, ut hoc quicquid est, quod facere debemus ex officio, qui nō mo-  
 dō agendo, verū etiam cogitando possit sustinere. An vos aliā causā esse vllā pu-  
 satis, cur in tanto honore, quo maxime artes aluntur tā pauci reperti sunt hæctenus,  
 qui in hac prostrandi laboriosa cōtentione pro dignitate versati sint? Non est longē re-  
 petēda ratio: sunt enim omittēdæ voluptates, prætermittēdæ studia delectationis, lu-  
 dus, iocus, cōuiuia, confabulationes omnīū penē familiarīū deserēdæ: quæ res ut plu-  
 rimū ardua & difficilis, in hoc genere homines à labore honestoq; conatu studiorum  
 humanitatis auocat, & interdū omnino abstrahit. Nā lōgē abiero, dicāq; hoc tēpore  
 quod tacitus nullo modo prætermittere possum: nostræ hæc professio lōgē gr. uior est,  
 magisq; serua, quā suspicari unquā aut percipere possūt qui doliū hoc nūquā volu-  
 tarunt.



tarunt. Nulla si quidē ars est digna hominis liberaliter educati studio, cuius nō aliqua cognitione oporteat tinctum eum esse, qui munus hoc aliqua laude et hominū approbatione sustinere meditetur. In quo ego docendi munere obeūdo quantō magis in dies prouehor, tanto etiam magis intelligo quā absim à perfectione summorū operum, huiusq; professionis dignitate: vt quamquam videar plerisq; nūc extra laboris aleā positus aliqua mea industria & exercitatione, imò verò hominū eruditorum approbatione; tamen haud dubiè fateri cogar, me fundamenta, quæ cogito, nodū bene iecisse. Et hæc quidem quamquam verissima esse constet, scio tamen quā imperitis & parū cautis adolescentibus arrideat exoterica potius quām acroamatica: quā placeant, non sollertes & industrii, non laboriosi & ingenui doctores, sed clamosi quidā et importuni ardeliones, vt etiam fumorum venatores, qui audacia quadā impudēti & intolerabili, iuuentutem sibi deuinciunt, eoq; nomine literarū gloriam insigni quodam fastu complere non verentur. Quid .n. nos nos, inquam laboriosi & industrii, non vbiq; feci scholastica probamur? quia fastū omnem præcludimus; quia malumus studere utilitati audientū quā voluntati; non pendemus ab auxa populari; huic multorum caput bellua non obsequimur. Et hinc illæ lacrymæ, Auditores, vt nemini mirū sit, cur etiam Iupiter ipse, vt est in adagio vetere, ne quidē placere omnibus possit. Sed vna tamen optimè factorū conscientia, & doctorū quorundam hominū de nostris studijs grauissimo iudicio sustentamur atq; animū colligimus: quamquam nihil sit quod me penitere debeat, vt eorum hominū, qui ab euentū metiuntur omnia, fortunam incusare velim. Licet enim minimè gloriari possim, vt ille, cui mille Siculis errabant in montibus agnæ: neq; cantare audeam, quæ

--- solitus si quando armenta vocaret

Amphion Dirceus in Actæo Aracinto :

tamen mea ipse sorte contentus, si fas est, si licet, Auditores, dicam ingenuè :

Non sum aded informis : nuper me in littore vidi,

Cum placidum ventis stare mare. Numquam ego Daphnim

Cantando metuam, si nunquam fallit imago .

Sed iam nimis multa de me: in qua nimirū commemoratione, vereor ne quis existimet me meas merces alienis nominibus velle carius vendere. Quod si facio, mei plane sum immemor, vt qui nasutis hominibus me ridendū propinem. At ne patiar vos hinc nō satiatos discedere, ne ve aberrem à scopo, quem mihi primum proposuerā, vt que vno quasi fasce complectar, quæ hætenus à me dicta sunt, queso, studiosi Adolescentes (vos enim iam alloquor, in quorum gratiā nostri hi labores instituti sūt) quæ so, inquam, nostri huius auctoris antiquā doctrinā diligenter obseruemus & exoscullemur: peritiam iuris admiremur: eloquentiam consecremur: succinctū dicēdi genus eodem cū doctis hominibus consensu approbemus: varietatē certè grauissimā incundissimāq; venemur: cuius singulas easq; admirabiles virtutes si penitus intuemur, thesaurum habemus nullo auro nullisq; gemmis conferēdū: multoq; magis admirabilem, si eius vnus selectissimas doctrine gemmas cum aliorū vel certè permultorū flosculis comparemus. In quo Emblematum libello mea qualicūq; commēratione illustrando, nō puto me omnino malè bonas horas collocasse: quamquā id dictū nolim,

vt



ut cornicibus, quod aiunt, configam oculos, aut me apud vos efferam impēsius, quod neq; vestra de me expectatio, neq; meus pudor vnquam pateretur. Sed hoc vnū con-  
tendo: excusetur, quæso (id enim mihi nō semel deprecā. tū) excusetur, inquā, nimius  
adolescētis meę feruor, qui libellū quasi è nido implumē, vt ita loquar, & vt immat-  
urum fetū emitti permiserim: excusetur deniq; nimia fortasse tarditas, quæ effecit  
vt nōdum satis mihi facere potuerim, neq; supremā admouere manū in eo diligēter  
emendando, eo quod continuum mearum prælectionum pensam ab eo, quod tam diu  
mihi proposueram, me diutius auocarit. Sic enim mihi firmo quodā animi proposito  
statui, vt quamdiu mihi liberē ac quiete versari hac in Academia licuerit, efficiā, vt  
qui eruditus hominibus rationē mei ocii constare velim. Quid enim verear apud vos  
meas hic fateri delicias? Adolescentes optimi,

Musæ noster amor Permessides.

In quarum stadio quamquam molesto & arumnarū pleno, honesto tamen & lauda-  
bili, sic me contineo, singulari Dei beneficio, vt nullus vnquam fuerit adolescens, qui  
me toto iam sexennio profitentem de suggestu audierit, cui tamen modestia commē-  
data sit, cui honesti cultus, cui deniq; humanitatis literæ, qui idem mihi ex animo nō  
fuerit obsecutus. Nihil moror aliorum studia & labores certē multos sollicitudinum  
plenos; per me licet, oblectentur alij cæcis quibusdā cupiditatibus: alij fori iurgia cō-  
sestretur, hi rei militari, aut mercaturæ faciendę totos sese dedant, alij lucris inhiēt, &  
optima sacerdotia vel prece, vel pretio, si possint, aucupari non desinant:

Me verò primū dulces ante omnia Musæ,

Quarum sacra fero, ardenti perculsus amore,

Accipiant, cœliq; vias & sidera monstrent.

DIXI:

INDEX